turnum et escam porcorum in ipso monte consistencium. Ex diverso respondebatur ex parte comunis ipsius l. de Vellate: ' Condiciones sive servitutes superius enumeratas non difitemur, set arare seu claudere nobis non est interdictum, quia sicut predicto archipresb. licet arare seu roncare vel in alium statum redigere suam terciam porcionem que qd. fuit illorum de Porta Romana, sic nobis licet agere in nostris duabus porcionibus ' Quod ex parte ipsius archipresb. penitus difitebatur, quoniam divisio ipsius Gazii olim facta est inter vicinos de Vellate et illos de Porta Romana sine preiudicio condicionum sive servitutum ipsius eccl. et post divisionem nichil iuris vobis relictum est super illam terciam porcionem. Divisionem siquidem ex parte illorum de Vellate confitebatur, set ius escandi ac pascendi supra predictam terciam porcionem sibi post factam divisionem competere asserebant. Quod ex parte archipresb. difitebatur argumentando quid igitur operaretur ibi divisio; certe post divisionem habitam nec illi de Porta Romana aliquod ius in illis duabus porcionibus sibi reservavere, nec vicini ad invicem in predictam terciam porcionem. Item illi de Vellate dicebant viam que venit a S. Ambroxio ad clausum ipsius archipresb. ex parte meridie et sero inde ire non debere, rursum viam traversagniam que vadit a clauso veteri ad novam cassinam et ad runcos novos ire non debere; iterum dicebant archipresb. s. Marię extra clausuram novorum roncorum nichil reliquisse. Ex parte archipresb. sic respondebatur: Viam que venit a S. Ambroxio ad predictum clausum ex parte meridie et sero et viam traversagniam que pergit a veteri clauso archipresb. ad novos runcos et ad novam cassinam vetustissime ire consuevisse; ' itidem extra claudendam novorum runcorum dimisi usque ad terminos quos consulibus consignavi '. Caussis hinc inde auditis et per advocatos parcium sub predictis consulibus diligenter examinatis interrogaverunt consules utramque partem si aliquid novi addere vellent vel probaciones aliquas afferre. Tunc ex utraque parte data sunt instrumenta et dati sunt tt. Predicti de Vellate protulerunt sentenciam a consulibus Med. datam et dederunt tt. quibus nulla est adibita fides, et ex parte archipresb. datae sunt sentencię et dati sunt tt. in quibus continebatur condiciones et servitutes superius enumeratas eidem competere eccl.; idemque continebatur in noticia illorum de Vellate, et ut predictum Gazium dividi non liceat; de viis autem protulit archipresb. tt. dicentes predictum archipresb. et homines predicte eccl. ivisse cum plaustro et sine plaustro per triginta annos et plus, et dixerunt esse vias vicanales; nomina tt. sunt Ambroxius de Camairago et Barassius de S. Maria. His ita visis et auditis et ab utraque parte per

predictos consules diligenter inquisitis, tunc Guilielmus de Cardano, consilio sociorum suorum videlicet et Anrici de Cuvi et Uberti de Bimio et Tedaldi de Castellonovo et Filippi de Cuvi et Flanki qui fuit de Varisio et aliorum sociorum suorum protulit sentenciam sic inquiens: ' Nos dicimus ut predicti homines de Vellate non habeant virtutem ullo modo arandi seu roncandi vel in alium statum redigendi suas duas porciones Gazii, ita ut archipresbiter vel servientes ipsius eccl. qui pro tempore fuerint non possint habere condiciones superius enumeratas; de viis autem, si testes iuraverint ita ut testificati sunt, dicimus ut per predictas vias de cetero eant '. Et testes sic iuraverunt. ' De eo autem quod archipresbiter dicit se reliquisse extra claudendam novorum roncorum damus fidem hominibus de Vellate ut aut iurent archipresbiterum non reliquisse usque ad terminos ostensos aut referant electam ipsi archipresbitero ut per advocatum iuret se extra claudendam reliquisse usque ad terminos constitutos '. Et cum vicini iurare nollent, retulerunt electam archipresbitero, et sic archipresbiter per advocatum suum iuravit viam reliquisse extra claudendam et terminos quos consulibus ostenderat. Et sic finita est causa anno dominice inc. MCLXII, supradicto die, ind. X. Interfuerunt ibi tt. Rodulfus de Massenago, Gualbertus de Bimio, Passaguadus de Bobiate et Obizo de Besozano et Guifredus de Cistilio et Lafrancus de Mazago et Iacobus de la Porta et Vetulus et Tarusellus, et de servitoribus aderat Trussettus. [ST.] Ego Guilielmus iudex hanc sententiam dedi et ss. [ST.] Ego Ubertus iudex et missus d. imp. Frederici hanc sententiam firmavi et ss. [ST.] Ego Castellus iudex iussione sstorum. consulum hanc sententiam scripsi ».

Originale [A]. Copia del secolo XIX in Codice diplomatico, ms. nella biblioteca del R. Archivio di Stato in Milano, fasc. III, p. 18. [B].
E. Rivoldi in Arch. St. Lomb., serie IV, vol. I (1904), p. 289.

144. *Barasso, giugno 1162.*

[ST.] A. inc. MCLXII, m. iunii, ind. X. Constat nos Marchisium f. qd. Iohannis .....ane de l. Balasse et Bellezam coniugem ssti. Marchisii et Gislam sororem ssti. Marchisii, qui professi sumus lege vivere Long., nobis qui supra feminis consenciente iam dicto Marchisio mundualdo nostro et una cum noticia propinquiorum parentum meorum quorum nomina subter leguntur, accepisse in presencia tt. in simul a te d. Landulfo archipresb. s. Marie de monte Vellate den. Med. sol. XXVI et Unidium, finito precio pro sediminis cum edificiis et fructibus super habente pecia una iuris nostri in ssto. l. et fundo Balasse iusta clausum iam dicte

Vell[ate] tt. [ST.] Ego Marronus iudex et missus d. Federici imp. qui mulieres interrogavi anc car. scripsi et tradidi ».

Originale lacero lungo il margine destro.

148. *Velate, settembre 1163.*

[ST.] A. MCLXIII, m. september, ind. x [1]. Car. vindicionis hereditario more fecit Pusca qui dic. de Vellate abitatorem in l. Casgago, qui vivit lege Long., in manu Petraciolus g. suo de l. Vellate de sedimine uno in l. Vellate in villa hereditatis eius: a mane et a monte Panumvini de Vellate, a sero Guido Guastalepore, a meridie Iohannes de Bongella, ad fictum faciendum star. I, medietas sicalis et medietas panici; et unde accepit ipse Pusca den. Med. terc. sol. XXIIII et den. VIII; et convenit defendere et guarentare et posuit fideiussor Guido qd. Bregondius de l. Casgago, qui obligavit se in duplum. Act. in Vellate. S. m. ssti. Pusca. S. m. Guidoni Guastalepore, Albertus Cangolla, Zucco de Casgago tt. [ST.] Marronus iudex.

Originale.

[1] *Indizione errata.*

149. *3 maggio 1165.*

[ST.] A. inc. MCLXV, III die m. madii, iud. XIII. Presencia bonorum hominum, quorum nomina inferius declarantur, per lignum et car. que sua tenebat manu Manzo f. qd. Iohannis de la Cassina de l. Varisi finem et refutaci[onem] fecit in manu d. Landulfi archipresb. [ecl. s.] Marie de monte Vellate ad partem sste. ecl. [de to]to hoc quod ipse Manzo habebat ad requirendum adversum iam dictam ecl. et iam dictam ecl. et iam dictum archi[presb.] et servitores et ministros iam dicte ecl., silicet de victu et vestimentis et de omni mobilia quam ipse Manzo detulit eidem ecl. per conversionem vel per alium quemlibet modum.

» *Frammento di originale mancante della fine e lacero nel margine sinistro, di mano di* Guillelmus iudex sacri pal. *come si desume dalla scrittura e da elementi superstiti del* signum tabellionatus.

150. *Belforte, 20 maggio 1165.*

« [ST.] Die iovis qui est XX dies m. magii, in castro Belfort. Sententiam protulit Rodulfus iudex de Fitiliario consul Seprii conscillo Raspini de Orago et Guarnerii de Casteliono et Ardizionis de Cuvi consulum sociorum suorum de lite que erat inter comune vicinorum de l. Vellate et ex altera parte d. Landulfum archipresb. eccl. s. Marie ad Montes. Lis quidem talis erat. Con-

querebatur archipresbiter ex parte ipsius eccl. de vicinis de Vellate quod buscum sortiti fuerant inter se a Saxo Cavurgo supra versus Vivarium, dicens eos non debere sortiri se quod supra id totum habeat condiciones sicut super Gazium sicut in car. noticie quam ostendebat continetur, et si licencia eis daretur sortiendi et inter se dividendi redigeretur ad nichilum, ita quod ecclesia suas non posset habere condiciones et utilitates. Vicini autem respondebant se debere facere et sic ab antiquis temporibus facere consuevisse et non concedebant sibi nisi ius buscandi et dicebant vicini camparium suum debere habere quaque die fassium unum lignorum et portenarius castri alium, quod debebant dare consortiis que fiunt in ipso loco et infirmis et necessitate laborantibus et subvenire in nuptiis quinque suis vicinis. Que archipresb. negabat nisi fassium camparii et portenarii. Similiter de lignis peregrinis discordia erat que essent vel non. Dicebat item archipresbiter se habere easdem condiciones in busco de Varo, quod vicini negabant. Et erat discordia inter eos de terminis montis Velasci super quod easdem condiciones et utilitates se habere asserebat. Discordia similiter erat de bestiis hominum habitancium iusta s. Mariam, quia vicini non concedebant habere ius pascendi in Vivario nisi asinis, et in aliis pratis in quibus habent ius pascendi ante tensam et post tensam, archipresbiter dicebat de omnibus bestiis. Dicebat item se habere sortem in vicano de Vellate quod prenominati vicini per missos suos et consules Marronum et Lizagum et Strevam et Ubertum Batudo et Albertum Rubeum non diffitebantur, set dicebant ipsum archipresbiterum non debere ea sorte uti ad Cassinam quia extra territorium l. Vellate est. Visis hinc inde testibus et cartulis talem dedit sentenciam Rodulfus ut in nemore a Saxo Cavurgo supra tales habeat condiciones et utilitates scilicet ius buscandi sicut in cartula noticie Mediolanensis continetur et tollendi ligna ad utilitatem ecclesie et domorum suarum. Iterum dixit si duo de testibus vicinorum de Vellate qui dicxerunt se vidisse ab antiquis temporibus scilicet per triginta annos illos sortiri nemus a Saxo Cavurgo supra iurarent sicut taestati sunt, quod habeant licentiam sortiendi ligna set non dividendi terram, set ne in nichilum redigantur, condiciones et utilitates archipresbiteri et hominum suorum talem imposuit modum sortiendi, ut de quarto in quartum annum sortiantur quartam [1] partem illius nemoris, servatis arboribus castaneis per totum illud nemus ad utilitatem ecclesie. Iterum dicxit quod camparius de Vellate quoque die super totum illud nemus habeat fassium unum lignorum et portenarius similiter; de dandis lignis pauperibus et consorciis et ad nuptias laudavit ut si archipresbiter

iuraret per suum advocatum quod et usu non debent de ipso busco dare, quod a modo non dent; quod ipse iuravit: a via que pergit ad S. Mariam inferius et a via predicta supra eis concessit. Similiter dixit ut omnes bestie archipresbiteri et hominum habitancium ibi pascantur in Vivario et in aliis pratis ubi debent pascere ante tensam et post tensam. Terminos autem montis Vellasci sic diffinivit ab eo loco ubi nascitur fluvius Velloni recto modo versus territorium de Brinci sicut ex cartulis antiquis archipresbiteri percipi potest. Peregrina autem ligna de quibus contentio fuerat ea iudicavit esse que sicca inveniuntur in nemore ssto. et separata ab arboribus derelicta et non adscripta ad aliquas utilitates. De sorte autem dixit ut eam habeat sicut unus alius vicinus, set non utatur ea ad Cassinam, quoniam estra territorium Vellate est. De Gazio ita confirmavit sicut in cartula noticie archipresbiteri continebatur. Et sic finita est causa anno dominice inc. MCLXV, ssto. die, ind. XIII. Interfuerunt Rubeus de Castellono et Guara de Massenago et Guambertus, Iohannes de Besuzio et Anricus de Carava et Albertus de Cittilio et Stefanus de Azate, et de servitoribus Iacobinus et Rogerius et Anselmus Giepus et Mainfredus de Aplano. [ST.] Ego Raspinus iudex interfui et ss. [ST.] Ego Rodulfus iudex et tunc consul sstam. sententiam dedi ut supra et ss. [ST.] Ego Castellus iudex hanc sententiam iussione prenominatorum consulum scripsi et interfui ».

Originale [A]. Copia del sec. XVIII autenticata da I. C. Iohannes Antonius Adamollus M. not. nell'archivio prepositurale di S. Vittore in Varese [B]. Copia del sec. XIX in Codice diplomatico, ms. nella biblioteca del R. Archivio di Stato in Milano, fasc. III, p. 23 [C].

E. Riboldi in Arch. St. Lomb., serie IV, vol. I (1904), p. 289.

' quartem *A*.

151. *Barasso, maggio 1165.*

[ST.] A. inc. MCLXV., m. magii, ind. XIII. Car. vendicionis ad proprium fecerunt Stripavineam et Mazaqueda gg. de l. Balasse, qui professi sunt lege vivere Long., in manu Iohannis f. Ottonis qui dic. Calbus de Balasse de campo uno in fundo Balasse ad l. ubi dic. in Riprado: coheret ei a finibus Ottonis Calbi, a monte via. Et pro ssto. campo fuerunt confessi accepisse den. Med. terc. sol. VIIII, et promiserunt una cum heredibus defensare in pena dupli. Act. Balasse.

« Ibique dederunt guadiam ssti. venditores eidem Iohanni esse defensuri et guarentaturi de ssto. campo ab omni contradicente persona et spetialiter et perpetualiter ab uxoribus suis et heorum heredibus et sumissis personis, et sic posuerunt fideiussorem Agustum de Molina de Balasse in pena dupli » S. m.

sstorum. venditorum. S. m. ssti. Agusti et Guidonis et Rogerii de Ponte II. [ST.] Guillelmus iudex et regius missus.

Originale.

152. *Belforte, ottobre 1166.*

[ST.] A. inc. MCLXVI, m. octubris, ind. XV. Presentia infrascriptorum hominum, cum ligno atque car. quam sua manu tenebat, Allus f. qd. Alberti qui dicebatur Parveia de Besocio guadiam dedit d. Landulfo archipreposito ecl. beatissime virginis Marie sita in monte Velate quod usque ad (annos) quinque proximos continuos venientes ipse Allus vel eius heredes faciet talem car., firmante archiepisc. ecl. M. eam et cum auctorita ut iudex laudaverit, ssto. Landulfo archipreposito de illo feudo quod ad suam manum tenebat ipse Allus, quod erat fictum annualiter sol. XI et den. VIII talium den. et talis monete ut in altari offerebatur, quales offerebatur tales habebat sstus. Allus tot sol. et eos ad suam manum tenebat; et exinde debet ssto. termino vel antea cum ssto. archiepisc. domno suo facere talem car. qualem iudex eius laudaverit et ut deinde sint taciti exinde contra ipsam ecl. de predicto ficto, et defendant eum sste. ecl. secundum usum vendicionis. Et exinde posuit fideiussorem Olivelium f. qd. Lanfranci de Velate in pena dupli, et accepit a prefato d. Landulfo archipreposito den. imper. lib. III et sol. V. Act. Belfort. S. m. ssti. Alli. Signum ssti. Oliverii de Velate. S. m. Alberti de Sirane et Iohannis Gafarone et Marronis de Velate et Uberti Sartoris et Martini de S. Maria et Ottobelini et Petri tt. [ST.] Astulfus missus nostri d. Frederici recti imp.

Originale.

153. *Velate, luglio 1169.*

[ST.] A. inc. MCLXVIIII, m. iulii, ind. II. Car. vendicionis ad proprium fecerunt Soldanus et Fradenzonus et Rogerius qui dic. de Lixago et Ubertus qui dic. de Porgeria et Oto de Murolio et Albertus Cangolla, omnes de l. Vellate, qui vivunt lege Long., in manu Redulfi qui dic. de Solario de l. Masenago de prato ad l. ubi dic. Vingi: a mane et a sero et a monte emtori, a meridie heredes Arialdi de Masenago, et fuit illud pratum de Calle de Baxillica; et inde acceperunt den. Med. tert. sol. XX, et convenerunt defendere, et posuerunt ei fideiussorem Musso qd. Loteri de Bongella de l. Vellate in duplum. Act. in Vellate. S. m. sstorum. Soldani, Fradenzoni, Lixagi, Uberti, Otonis, Alberti, Rogeri. S. m. Ottoni et Streva et Olliverius de Vellate tt. [ST.] Marronus iudex.

Originale.

ad fontes [38] et deffendere presbiterum. Et debet archipresbiter pascere, ut cum venerit die iam dictos decem predarios, qui segabunt [39] pratum donegum, consignato feno illius prati in cassa domini archipresbiteri, debet archipresbiter dare eis panem [40] et vinum et formagium ad comedendum ad sufficientiam. Prima vice cum pueri ponderantur, debent scampnarii habere medietatem de hoc quod datur pro ponderatione, et medietatem similiter de hoc quod datur pro pueris oblatis, et debent habere quintam partem votorum, et in antea collere [41] sextarium unum de quo voluerint. Et debet archipresbiter concedere eis tollere de vino quod portabunt illi de Brisago staria septem, quotiens ibunt rampeguti per ecclesiam. Et debet archipresbiter dare eis stairola septem vini pro refectione vie, et si in mense madii viam refficerent mandato domini archipresbiteri, debet dominus archipresbiter dare illis tria staria [42] furmenti et minam unam vini ad starium parvum, et de caseo numatas quatuor. Et si non aptarent viam, non teneatur archipresbiter dare eis ullum quid. Illi qui cottidie duas scitulas predictas aque portaverint debet dominus archipresbiter in die dominico dare panem unum et boconem formagii et fessum [43] unum vini. Cum prospicient et cavent ecclesiam, debent habere denarios duos in die sabbati, si offertum [44] fuerit usque ad solidos decem. Et in die dominico similiter. Cum conduxerint [45] blavam votorum, debet eis [46] dari duos panes; pro condutione vini nihil debeatur dari. § Predictis scampnariis facientibus predictis operibus et conditiis et auxilia seu servitia concedere debet eis dominus archipresbiter facere, et tenere tabernas, dando domino fictum de taberna, ut supra dictum est. Actum in loco Bimio Inferiori [47]. Unde plures carte uno tenore sunt tradite et scripte.

Signa manuum [48] illorum Martinatii et Frote et Nigrini [49] et Guazii [50] et Martini et Francisci [51] et Fanoti, qui hanc cartam fieri [52] rogaverunt, ut supra.

Interfuerunt ibi rogati testes Ghisulphus de Vellate, Girardus de Ecclesia de Veglu [53] et Girardus [54] et Bernardus filii eius de Bubiate.

Ego Bernardus de Varisio iudex et missus domini Federici imperatoris interfui, et hanc cartam in concordia omnium tradidi et scripsi ».

Copia cartacea della prima metà del sec. XV, alquanto lacunosa, *ricavata da altra copia che* « Varexinus notarius filius ser Guilelmi Perabovis » *aveva desunto da una copia fatta da* « Roba notarius filius q. Iacobi de ser Arnado de l. Vellate », *in F. R. Varese, cart. 223 (B). Altra copia del sec. XVI principio desunta da una copia che* « Franciscus de Vellate notarius » *ricavò dalla menzionata copia di* « Varexinus », *tri, assai scorretta, (C). Copia del sec. XVI*

seconda metà da B, tvi (D). Copia del sec. XVIII da B, tvi (E). Copia del sec. XVIII in Bibl. Ambrosiana F S. IV, 3, n. 333 (F). Si pubblica B, dando le varianti sostanziali di C e D.

N. Sormani, Il Santuario di S. Maria del Monte, p. 18 e seg., ricordandolo parzialmente.

Mon., Tomo XVI, parte II, col. 964, parzialmente.

Cit.: Brambilla, Varese e suo territorio, vol. III, p. 68, asserisce che l'originale in pergamena di quest'atto si conserva nel R. Archivio di Stato dove invece non fu rinvenuto, e dove non ne fu trovata traccia nè nei registri del Monastero di S. Maria del Monte, nè negli spogli delle pergamene dell'Archivio Diplomatico.

[1] Nigrus *C.* [2] Buzius *C.* [3] Franchus *C*, Franeus *D.* [4] conventiones *C.* [5] silicet *B*, sed *C. Sempre in luogo del* § *ha* silicet *B e* sed, *oppure.* S. *C.* [6] undecim *B.* [7] domini archipresbiteri *B.* [8] scampnorum *B, C.* [9] ab offerta *ripetuto in B.* [10] Zergni *C.* [11] unmquoque *B.* [12] *Così B per portatus, per annum C, D.* [13] a burgo *ripetuto in B.* [14] mortem *B.* [15] quando *C.* [16] illam quantitatem *manca in C, lacuna in B e D.* [17] contigerit *C.* [18] Quinque *B, C, D.* [19] lacuna *in B, D.* [20] debere *C.* [21] segandum *manca in C, lacuna in B, D.* [22] puri *aggiunge C.* [23] fuerunt *B.* [24] procum *B.* [25] utroque *B.* [26] muro circumcirca *C.* [27] debet *C.* [28] operto *D.* [29] Albergadus *B, C.* [30] Casimus *B*, Casatius *C.* [31] protassos *B*, pro cassas *C*, protassa *D.* [32] Pentecost *B.* [33] annali *B.* [34] debere dare *C.* [35] vace *B.* [36] parpside *B*, para ipsorum scamnariorum *C.* [37] *manca in B, C, D.* [38] ad fontes *manca in C.* [39] secabant *D.* [40] panem *C, lacuna B, D.* [41] tollere *C*, colere *D.* [42] stariola *D.* [43] fossum *C.* [44] effectum *C.* [45] conduxerit *B.* [46] ei *B.* [47] Inferiori *B.* [48] omnium *B, C, D.* [49] Nigri *B.* [50] Guatii *C*, Georgii *D.* [51] Franchi *B, C.* [52] facere fieri *B.* [53] Vigni *C.* [54] Cignardus *B, D.*

385. *Biumo Inferiore, 18 febbraio 1198.*

[ST.] A. inc. MCLXXXXVIII, XII kall. martii, ind. I. Venditionem fecit ad proprium Niger f. qd. Oddi de Casgiago presb. Albergato, canonico eccl. s. Marie de Monte nomini ipsius eccl. recipienti, pro pretio accepto lib. III et den. XII tert. de petiis duabus vinearum in territorio de Barassio, que obvenerant ei dato Menacepi de Barassio; prima dic. in Curtigia: a mane heredum Laurencii Calbi, a meridie abatisse de Turba, a sero s. Marie de Monte; secunda dic. in Besazio: a mane ssste. eccl., a meridie s. Antonini, a sero via; et sunt ssste. petie tab. XXXVI. Et promisit quod defendet sstas. petias eidem eccl. scilicet d. archipresb. Petro et eidem presb. Albergato et successoribus; quod si non fecerit, restaurabit omne dispendium. Act. Syrano in l. Bimio. S. m. ssti. Nigri. Interfuerunt tt. Paganus Fradenzono et Ubertinus et Guifredetus de Syrano de Bimio Inferiori. [ST.] Bernardus de Varisio iudex et missus d. Frederici imp.

Originale.

386. *Varese, 23 febbraio 1198.*

[ST.] A. inc. MCLXXXXVIII, VII kal. marcii, ind. I. Convenit Guassca relicta qd. Alberti de Motta de Casgiago et guadiam dedit Cassicio de s. Maria, nomini eccl. s. Marie, quod annualiter

per sol. LV terc. et pro usuris iam dictorum den. quos ipse Laurentius debebat sibi, ut in duabus brevibus atestatis a me visis et lectis continebatur, que brevia cessit et dedit ssto. Cassicio. Propterea Cassicius solvit et dedit eidem Nigro sol. LV terc. pro sorte et sol. III pro guiderdono ipsorum den. Act. foro Varisii. Interfuerunt tt. d. Finilis de Castiliono et Iacobus ser Martini de Besozallo. Bernardus de Varisio iudex.

Originale. Sulla stessa pergamena precede l'atto n. 390.

392. *Varese, 1 giugno 1198.*

[ST.] A. inc. MCLXXXXVIII, I die iunii, ind. I. Vendidit ad proprium Phillipus f. qd. Guilielmoti de Bugnella de Vellate Fanoto converso eccl. s. Marie de Monte, misso et nomini d. Petri archipresb. ipsius eccl. ad utilitatem ipsius eccl. recipienti, duas petias terre silvarum, que erant iuris illius Phillipi [et] fuerunt patris, et iacent in territorio de Vellate; prima dic. ad Rivii in Plano: a mane s. Marie, a meridie Bianki, a sero ff. Merli de Roco, a monte via; secunda dic. inter Gazium ad vallem de Cantarello: a mane s. Ambroxii, a meridie riale, a sero et a monte s. Marie et in parte via vadit a monte; pro pretio accepto XXXIIII sol. et dimidii tert., de quibus Fanotus dedit Iacobo Prevedi de Atiate creditori qd. Guilielmoti patris venditoris sol. XX pro sorte et sol. IIII pro disspendio et guidardono, cui ille Guilielmotus obligaverat pignori omnes suas res, ut in quodam brevi atestato facto a Guilielmoto iudice de Atiate MCLXXXVIII, IX die octubris, ind. VII continebatur; ideoque Iacobus dedit eidem Fanoto breve et omnia sua iura ypotecaria et actiones ad defensionem sstarum. petiarum. Et promisit predictus Phillipus quod defendet sstas. petias terre, quod si non fecerit, restaurabit omne dispendium. Act. foro Varisii. S. m. ssti. Phillipi et Iacobi Prevedi. Interfuerunt tt. Soldanus et Xoata de Vellate fratres. [ST.] Bernardus de Varisio iudex et missus d. Frederici imp.

Originale.

393. *Varese, 1 giugno 1198.*

[ST.] A. inc. MCLXXXVIII, I die iunii, ind. I. Investivit Anricus de Giara de Barassio Fanotum, nomini eccl. s. Marie de Monte recipientem, de sol. XX quos Laurencius qd. Calbus de Barasio debebat sibi ex mutuo, ut in quodam atestato brevi facto ab Iacobo de Barassio MCLXXXXVI, XII kall. novembris continebatur, quod ei dedit et omnia iura et actiones utiles directas ypotecarias reales quas habebat ullo modo in rebus que fuerunt ssti. Laurencii, quas emerat predicta ecclesia, quia ipse Fanotus solvit

eidem Anrico de pretio sstarum. rerum. Act. foro Varisii. Interfuerunt tt. Anricus et Lafrancus Bombellii de Barassio. Bernardus de Varisio iudex.

Originale. Nella stessa pergamena segue l'atto n. 394.

394. *Varese, 1 giugno 1198.*

[ST.] A. inc. MCLXXXVIII, I die iunii ind. I. Investivit Anricus Bombelli de Barassio Fanotum de s. Maria, nomini eccl. s. Marie recipientem, de sol. XX quos sibi dare debebat qd. Laurencius Calbus de Barassio, ut in quodam brevi atestato facto ab Ottone iudice de Barassio MCLXXXXIII, IX kal. madii continebatur, quod breve ipse Henricus ei dedit et cessit ac dedit eidem Fanoto omnia ypotecaria iura et omnes reales actiones vel exceptiones quas pro sstis. den. habebat in rebus que fuerunt qd. Laurencii, quas Fanotus emerat, quia Fanotus propterea solvit sstos. den. ei de pretio sstarum. rerum. Act. foro Varisii. Interfuerunt tt. Anricus de Giara et Lafrancus Bombellii de Barassio. Bernardus de Varisio iudex.

Originale. Nella stessa pergamena precede l'atto n. 393.

395. *Varese, 1 giugno 1198.*

[ST.] A. inc. MCLXXXVIII, I die iunii, ind. I. Car. vendicionis ad proprium fecerunt Sybiria relicta qd. Laurentii Calbi de l. Barassio et Vixinus eius f. et mondoaldus, qui maior erat XVIII annorum, et Girardus et Dominicus infantes, fratres ipsius Vixini, profitentes se lege vivere Long., renuntiando ipsa Sybiria omni suo iuri ypotece et omni auxilio senatusconsultus Vellaiani, et consentiente ipso Vicino matri sue et sstis. infantibus, et cum consensu Vicini de Pariolo de Comero fratris ipsius mullieris et Bernardi iudicis de Varisio et missi d. Frederici imp. et licentia ab eo data ex parte publica, cum prius cognovisset per iam dictam Sybiriam et ff. et Iohannem Calbum et Anricum de Giara de Barassio extimatores infrascriptas res bene venditas fore et debitum paternum instare sstis. infantullis et non habere mobilia nec alias res quam infrascriptas quibus solvere possent, in manu Fanoti de s. Maria de Monte, qui hanc car. recepit per missum domini sui Petri archipresb. eccl. s. Marie et fratrum ad utilitatem predicte eccl., de infrascriptis XVI petiis in castro et l. et monte et plano et in territorio de Barassio et in circultu prope territorium de Barassio; prima dic. in Prato de Campo, et est media sors: a mane illorum de Morxiolo, a meridie eccl. de Turba, a sero s. Michaelis;

alia petia est ubi dic. a loco .. zei: a mane Sucii, a sero comune de Davè [10]; ibi prope petia 1: a mane Sutii, a sero Petri de Puteo [11].

Originale.

La pergamena, se si prescinde dalle aggiunte, è di mano del notaio Gualbertus *del quale si hanno atti in questo regesto dal 1122 al 1142, ed è posteriore all'arciprete* Gualdo, *morto avanti il 1143.*

[1] mod. — vini *di mano del sec. XIV, in uno spazio dove appare essersi praticata una rasura e nell'interlinea.* [2] *Guasto nella pergamena lungo il margine destro.* [3] mod. — vini *nell'interlinea su rasura, della stessa mano, di cui alla precedente nota n. 1.* [4] In Castgiago — formenti *della mano di cui alla precedente nota, su rasura* In Castgiago Zimbrii, *il resto in uno spazio precedentemente lasciato bianco e nell'interlinea.* [5] *Corretto su* I *da mano del sec. XIV.* [6] mod. *su rasura di mano del sec. XIV.* [7] unde — den. *di diversa mano coeva nell'interlinea.* [8] ubi — Fayde *aggiunta nell'interlinea, di mano del sec. XIV.* [9] *Segue cancellato:* In ipso Massennago terra de Roperga quam tenet Manfredus et consanguinei. [10] comune — Davè *lettura incerta* [11] In selva — de Puteo *aggiunta di diversa mano del sec. XII.*

434. (*sec. XII*).

In primis castrum de Blaudronno est Alcherii et Ferrarii, et Temonis et Capelli universaliter cum districto et honore et castellantia; et est istud castrum de tribus territoriis, primo de comitibus de Castro Seprio, secundo de capitaneis de Turbigo, tertio de illis de Comignago, in integrum totum de istis tribus territoriis. In primis illa terra, qualem tenet Michael de Cazago, est de districto et honore Alcherii et Ferrarii, et totum fictum et conditium et reditum qualem ipsa rendit est Alcherii et Ferrarii, et est de territorio de conte. Prima petia de sedimine est ubi habitat: a mane via, a sero sedimine ssti. Alcherii et Ferè de ista terra de contis, a sero et a monte via; isto Michaelo est istorum germanorum, cum totis suis territoriis et cum isto sedimine per fodro et per districto et per castello et villa et per cova et manna et per amisceris et per operas donichas et per ambaxade et omnia conditia, qualiter ipse reddit de isto territorio in integrum. Marchese da la Pila per illam terram de conte qualem tenet est destrictabile in castello et in villa et in finita Alcherii et Ferrarii; petia de sedimine una ubi habitat: a mane vinea isti Ferè, a meridie accessio a sero Guifredi de Pita, a monte isti Ferrarii, de terra de Turbigo, et facit operas donicas, carritia et rastellare prata et conducere fenum in finile carra duo et amisceri et mina 1 de vino, qualem ipse portat predariis qui segant fenum prata, et albergariam VI militibus et medietatem vini et circatica, mina 1 de formento, et den. II et pullum unum, et fodro, et ambaxada, et ista conditia qualem facit pro isto sedimine et per manso de Bregario, et amiscere starium 1 de vino et pullos II, et covam,

et mannam, et panes II, qualem tenet et quale est de territorio de conte; facit ista conditia in integrum. Petrus de Oro districtabile de castello et de villa per sedimine ubi habitat, qualis fuit de terra de Turbigo: a mane vinea de terra de Turbigo, Alcherii et Ferrè et fratribus suis, a meridie sedimine ubi habitat Paganus Gastaldus de terra de conte: a sero et a monte accessio; sto. Petro est Alcherii et Ferrè cum districto et honore. Mazo de Fossado districtabile per castellum et per campum soldario qualem tenet, qui est de maso de Bregario, qui est de terra de conte, et iste Mazo est isti Alcherii et Ferè, isto campo soldario est partionario de Petro Panizia, et habent inter opera donicas rastellare fenum, trahere in finile, portare vinum predariis per ambaxade, per fodro, per districtum, per onore, per carrezo, per omnes illas conditiones quas facit mansum de Bregario, secundum quod evenit ei in parte qui posset portare iste campus, et albergaria et circadega et alias res in integrum. Marchisius Stuponus de Baserega et Guifredus frater eius districtabiles Alkerii et Ferrarii de castello et finita per maso de Baxadonna qui fuit de conte, quem tenent, qui est de terra de conte, qui est eorum per districtum et per albergaria sex militibus et per fodro quaresemale et per ambaxada et per operas donicas rastellare fenum, conducere in finile carra duo et medietatem de vino per amixere, ad Natalem pullos II, panes II, starium 1 de vino et mina 1 de formento, circadega et pullum 1 et den. II et cova et manna. Iohannes Pantia districtabele Alcherii et Ferrè in castello et in finita de terra de conte, qualem tenet per amiscere per cova et manna, per quaresemale, per circatica, per operas donicas, cove II, mane II, per amixere, per pullos II, panes II, starium 1 de vino et albergariis 1 sex militibus, et toto illo ficto qualem illa terra reddit per quadragesimale staria II de nucibus et 1 de fabis et fodro et ficto rastellare fenum et trahere in finile capie II et segare fenum, per amiscere starium 1 de vino et panes II et pullos II, per circadega den. II et pullum 1 et minam 1 frumenti et medietatem vini in integrum, est sua de terra de conte de totis conditiis qualia terra rendit. Bombellus Biliardi est districtabilis Alkerii et Ferrè per terra de conte qualem tenet toto illo ficto et reddito et conditium quale reddit sstis. Alkerii et Ferrè et in castello et in finita et facit operas donicas segare fenum, rastellare et trahere una pradaratia, cova et manna, et sua parte de albergaria et sua parte de amixere et quaresemale, secundum suam partem de maso pro fodro et ambaxada et per illas conditiones quas facit maso de Crivixi de terra de conte, secundum suam partem. Berardus Bu-

scariola per terra de conte districtabile de castello et de finita per operas donicas, per amixeri, per carritia, per quaresemale, per circaritia, per cova, per mana et per fodro et per omnia conditia qualia reddit terra de conte in integrum, secundum quod evenit ei in parte. Otto Spada destrictabiles per terra de conte quam tenet in castello et in finita per operas donicas, pro conditionibus omnibus, per covas, per mana, pro feno rastellare, segare et trahere, et amiscere, et circadega, et quaresemale, et albergaria sua parte. Iohannes de Bruno districtabile ssti. germani per castellum et per villa per sedimine ubi habitat et per finita per terram de Turbigo, quam tenet et ubicumque inveniri potuerit terra de Turgigo ssto. sedimine: a mane Petri de Poma de terra de Turbigo, a meridie Amizoni de terra de Turbigo, a monte via et a sero et puteo ssto. sedimine de Turbigo. Ambroxius Amizani et Gezeto et Alberto et Guido districtabiles per castellum et villam et per sedimen ubi habitat, que sunt de terra de Turbigo, et per totam illam terram de Turbigo qualem tenet ubique ab Agerio et Fereto. Lanzo de Baserega districtabile Alcherii et Ferrarii de castello et finita per illam terram de Turbigo quam tenet; Iohannes de Puteo similiter; Guilielmus de Intravinea similiter. Marchese Grippo districtabile de sstis. gg. de castello et villa et finita per sedimen quem tenet et per terram de Turbigo quam tenet sedimine: a mane et a sero terra de Turbigo, a monte via; intus sstum. sedimen habitat Iohannes Griffo. Sstum. Iohannem Griffum appellant districtabilem per terram de Turbigo, et istud sedimen est de terra de Turbigo et de castello et villa. Arnaldus et Gratianus et Iohannes Biai et Ugo districtabiles Ferrarii [1] et Capelli et Temoni, et cum cova et manna et albergariis et per illa conditia et redditibus quales ipsa terra facit et per illa terra qualem ipsi tenent, que fuit de Leo de Baserega de terra de Turbigo. Blandrongninus Biai districtabile de quanto tenet de Capello et Temone et Ferrario et in castello et in villa et in finita de terra de Turbigo. Iohannes de Vita similiter de terra de Turbigo et de quantumque tenet. Dominicus Adami similiter districtabile de terra de Turbigo Ferrarii et Capelli et Temonis. Guidatius et ff. eius districtabiles Ferreti et Capelli et Temonis per castello et per terra de Turbigo in villa et in finita et per petia una de sedimine quam tenent in villa: a mane vinea Alcherii de terra de Turbigo, undique de terra de Turbigo. Otto de Furno districtabile Alcherii et Ferrarii et Temonis, secundum eorum partem, in castello et villa et fenita de quanto tenet ubique, pro terra de Turbigo. Dominicus Vulpe districtabile Ferrè et Temonis et Ca-

petri pro sedimine ubi habitat de terra de Turbigo et per castello Alcherii et Ferrarii et fratribus suis. Omitte Omodei districtabile Alcherii et Ferrarii de castello et villa et finita per terra de conte per omnia conditia, sicut facit Michaello qui supra legitur, secundum partem per terra de Braria, quam tenet de Ferrario et Capello et Temone, covam et mannam et per Brariam, et per aliam terram covam et mannam. Iohannes de Mazo covas III et manne III et albergariam et districtabile per villam et castellum de terra de Braria que fuit donica de conte, que est Ferrarii et Temonis et Capellini per districtum et onore et appellant hereditatem suam de districto per castello et sedimen. Gratianus de Biai cum fratribus suis districtabiles per castellum et per sedimen de conte ubi habitavit Armanno: a mane terra de Turbigo, a sero accessio, a monte terra de Turbigo, et sunt Alkerii et Ferrarii et per illam totam terram quam tenent de eccl. de Insula de terra de Turbigo. Marchese Stoponus districtabile Alcherii et Ferrè per sedimen quod fuit Alberici Cuco, quod fuit de terra de Turbigo: a mane terra de Turbigo de Ferrè et fratribus suis, a meridie sedimine de conte, ubi habitavit Armanno, a sero Guifredi Cortisii de terra de Turbigo. Civigus Biliardi districtabile in castello et villa et finita, de Alcherio, de terra de Comigniago. Bumbel Biriarde similiter. Damianus Biliardi similiter. Biliam Ferrè districtabile Alcherii et Ferrè per castello. Lormannus de Ultrafossado districtabile Alcherii et Ferrè per castellum de terra de Turbigo, que est iusta canavale quam tenet. Picco de Fossado Alcherii et Ferrè districtabile per castellum. Ugo de Fossato districtabile Alcherii et Ferrè per castello. Elario Ferrè districtabile Alcherii et Ferrè per castello. Iohannes de Mora districtabile Alcherii et Ferrè per castellum. Ascerius Spada similiter per castello Alcherii et Ferrarii. Lanfrancus Gastaldello districtabile Alcherii et Ferre per castello.

Isti omnes homines, qui sunt in isto breve sunt districtabiles Alcherii et Ferrè per castellum et fratribus suis secundum partem, si habitant in isto loco. Pro unoquoque qui sunt in isto breve, pro unoquoque foco dant staria III portenario, quem mittit Alcherius et Ferrarius et fratres eius in isto castello omni anno, et starium I de segale et I de panico et I de vino, et debent facere clausuram de castello et guaitam et scarraguaitam et conzare castellum in laude sstis. Alcherii et Ferrarii et fratrum suorum; sic sunt soliti facere usque modo; et conqueruntur isti Alcherius et Ferrarius et fratres eius de istis hominibus omnibus qui sunt in isto breve quod tornare debent in isto castello, aconziare et guardare castellum, sicuti facere solent.

Marchisius Stoponus et frater eius tenent de terra que fuit de conte de Castroseprio de maso de Baxadonna: in primis a Pascario campum 1: a mane terra de Comigniago, a meridie terra de conte, a sero terra de conte; secunda petia ibi prope ultra viam: a meridie et a sero terra de conte, et a mane de sste. maso; tercia petia de campo dic. a Nanto: a mane Mazo de Fossado, a meridie viganum; quarta dic. a Piscina: a mane senterium, a meridie Guilielmi et Beltram Omodei, a sero via; quinta dic. a Rosariolo: a mane via, a meridie Petri de Oro; sexta est silva et dic. Alveo: a meridie terra de conte et a meridie et sero; septima est silva et campus et dic. a Coli: a mane terra de conte, a meridie Otto Iordani, a monte via; octava est campo et busco et dic. a Brevedalia: a mane terra Basergana, a meridie Frogerii de terra de conte; nona dic. a Milarino campo et busco: a mane terra de conte, a meridie terra de Cosa, a sero Trina; decima de prato dic. a Vado Rosperti: a mane terra de conte, a sero vigano. Marchese de Pila de terra de conte de maso de Bregario: in primis medietate de petia de Bregario campo et silva et busco: a mane et a monte via; secunda petia medietate de campo de Croti: a mane et a sero via; tercia petia de campo dic. a Coli: a mane terra de conte, a meridie conte; quarta est campus et buscus et dic. a Brevedalia: a mane terra de conte et a meridie, a monte terra Basergana; quinta est prato et dic. subtus Montexedo: a monte viganum, a mane riale; sexta est pratum et dic. a Predaventiga: a mane terra de conte, a meridie Guido Taramaso. Iohannes de Bruno de terra de Turbigo: prima petia de campo dic. a Terbano: a mane Petri de Poma de terra de Turbigo et a meridie; secunda de campo dic. a Noxedo: a mane et a sero terra de Turbigo, a meridie via; tercia de campo dic. a Maido: a mane viganum, a meridie via. Gezo Amizani de terra de Turbigo: in prima petia est campus qui dic. a Terbano: a mane terra de Turbigo, a monte via; secunda petia de omnibus Amizanis est vinea et dic. a Vigo: a mane Marchisi Griffo, a meridie Petri de Oro, a sero terra de Turbigo; tercia est campus et dic. a Saxo: a mane terra de Turbigo et undique est Ambroxii et Getii; quarta est de Gezo et dic. in Orto Ravanario: undique de Turbigo et est campus; quinta dic. in Prato Rodundo et est de Gezo: a sero pratum de Turbigo et a monte, et est campus; sexta dic. in Montexedo, et est campus: a mane Iohannis de Puteo, a meridie terra de Turbigo; septima est silva et dic. in Baxa: a mane via, a meridie de Turbigo; octava de Ambroxio Amizani, est silva et dic. in Roncale: a mane via, a sero de Turbigo; nona est campo et

silva et dic. a Canim: a mane terra de Turbigo, a meridie viganum, et est Ambroxii Amizani. Albertus de Anselmus Boscariola de terra de Turbigo tribus petiis: prima a Solario, et secunda et tertia in Montexedo; sestam. terram dederunt Alcherius et Ferrarius et fratres eius suis vasallis Berganno, et reservaverunt in se districtum et onorem et castellantiam et in villa et in castello. Berlardus tenet de feudo de Berganno de territorio de Turbigo petia 1 de Campomangno: a mane Mazo Boscariola de terra de Turbigo et a sero. Guilielmus de Intusvineis de terra de Turbigo de eccl. de Insula petia 1 de campo a Montexo: a mane terra de Turbigo, a meridie vinea de Frugeri de terra de conti; secunda de campo a Provila: a mane Marchesi Conte de terra de Turbigo, a sero Amizani; tercius dic. Affolia: a mane via, a meridie Guilielmi de Barza de terra de Comixago; quarta dic. in Orto Ravanario: a mane terra de Turbigo, et a meridie et a monte via; quinta petia de prato dic. Montexo: a mane Pagani et Ugo de Curte, a sero Guifredi Cortese et Guilielmi; Lantius frater eius habet medietatem de ista terra ubique. Iohannes de Puteo petia una de campo in Arbosta: a mane via et a sero; a Maida petia una quam habet cum Lantio: a mane viganum, a meridie terra de Turbigo; a Noxe habet Lanzo petia 1 de campo: a mane via, a meridie de feudo de Bergano. Guilielmus et Iohannes et Lanzo petia una de bosco in Spisi: a meridie Guido Talliamuso, a mane de Comigiago. Gratianus et Arnaldus et Iohannes et Ugo gg. qui dic. Biadi de terra de Turbigo de eccl. de Insola habent petiam unam et dic. ad Ostri [2]: a mane et a sero via, a meridie terra de contis. Hec omnia supradictas res territorias et magis ubicumque inveniri potuerit in integrum de sstis. rebus territoriis est de districto et honore de Alcherio et Ferrè et de feudo de Berganno Alcherii et Ferrarii et fratribus suis. Marchese Griffo et Iohannes de terra de Turbigo pratum qui dic. in Brorio petia una: a mane terra de Turbigo et a sero lacus. Guido Homodei apellat Alcherius quod sit suus districtabile et in castro et in villa et in finita et habit(at) in sedimine 1 quod est de terra de Comignago: a mane castrum, a monte via, a sero sedimen istius Alcherii de terra de Comignago. Guido presb. districtabile Alcherii et Ferrarii et in castro et in villa et in finita pro terra de comitibus.

Originale. Pergamena opistografa con sette righe scritte sul verso. Sul verso: petitiones in Castroseprio in loco de conte.

[1] *Nell'orig.* Ferrararii. [2] *Quel che segue è scritto a tergo della pergamena.*

[ST.] Ego Giselbertus notarius uius cartule conutacionis scripsi, post tradita complevi et dedi ».

Originale.

[1] eo quod *nell'orig. invece di* eidem. [2] super Ponte *aggiunto dopo con altro inchiostro dalla stessa mano.* [3] Is Gisol *scritto su rasura con altro inchiostro dalla stessa mano.* [4] *Scritto su rasura con altro inchiostro dalla stessa mano.* [5] *Aggiunto dopo con altro inchiostro dalla stessa mano.* [6] *Così nell'orig.* [7] *Il* b *di* ab *e l'* e *di* eodem *nell'interlinea.* [8] *Nell'orig.* poposent. [9] *Nell'orig.* logr *senza segno abbreviativo.* [10] *Sopra* a *un segno abbreviativo.* [11] *La parola è corretta.* [12] *Le lettere* er *di* inter *e* ei *di* eis *sono sorrette.* [13] *La lettera* u *è corretta.* [14] *Parola corretta.* [15] *Nell'orig.* pter.

443. (*1045-1071*).

« Breve recordationis de convenientia que facta fuit inter donnum Guidonem archiepiscopum et comitem Radulfum et filios eius de ecclesia que est in Summolacu, quando ipsa ecclesia consecrata fuit, que est in honore sancte et individue Trinitatis, quod est cenobium situm in Summolacu prope castrum quod dicitur Bugoçiate, quia idem ipse donnus Guido archiepiscopus volebat et petebat ipsam ecclesiam sibi esse subiectam cum aliqua condictione quasi pro obedientia, sicut mox [1] est fere omnium ecclesiarum, quod ipse Radulfus comes cum filiis renuens vetuit ut numquam esset subiecta neque archiepiscopo neque ullo homini. Ideoque ipse Radulfus comes cum coniuge et filiis dedit masum [2] unum ipsi archiepiscopo ad pastum sancti Ambrosii sive ad plebem de Varese in loco qui dicitur Binago pro obendientia quam petebat, ut ab ipso die numquam ipse archiepiscopus, neque suus successor [3], aliquam condictionem vel premium sive candelam vel nummum sive pastum pro dedicatione altaris, sive consecratione abbatis aut subdiaconi aut diaconi sive presbiteri consecratione [4] ipsius monasterii; usque in perpetuum sit sic firmum et stabile et absque omni iugo condictionis; liberam insuper terram [5] cultam et incultam, que in circuitu monasterii adiacet [6], quam ipsi monaci cum familia sua laborare debent, adecimavimus [7] et secundum convenientiam ipsius archiepiscopi et supradicti comitis filiorumque eius. Ipse comes Radulfus cum filiis terram dederunt pro libertate eiusdem loci ipsis clericis de Varese pro consulto et cambio ipsius decime, quam fratres cum sua laborare debent familia, que terra est in loco qui dicitur Bugoçiate, et quam villam ipsorum clericorum laborarent [8]. Et hoc ideo ita ipse comes cum filiis perfecto iustoque consilio ordinaverunt, ut abbas cum fratribus ibidem manentibus absque ulla molestia Deo cotidie serviant et clerici supradicte plebis suum ius integrum habeant. Quod si ullo tempore aliquis

archiepiscopus aut clericus apparuerit qui aliquam molestiam ibi facere voluerit, aut contra hunc brevem agere temptaverit, hac [9] ratione audita et intellecta quod iniuste petebat iuste in perpetuum silentium taceat et dimitat.

† Ego Guido archiepiscopus fieri iussi et manu mea firmavi ».

Copia non autentica della fine del sec. XII. A tergo di mano del sec. XIV: Carta conventionis facte inter Guidonem archiepiscopum et comittem Redulfum quando ecclesia de Capitelachus fuit consacrata.

*Questo documento contiene la più antica notizia della chiesa della SS. Trinità e annesso convento di Cadelago presso Buguzzate, riferendosi alla fondazione della chiesa e del convento da parte del conte Rodolfo del Seprio, ai tempi dell'arcivescovo Guido (a. 1045-1071). È probabile che il suddetto conte Rodolfo si identifichi con quel «*Rodolfus comes filius quondam item Rodulfi itemque comes de loco Castro teprii» *di cui a un documento del 26 marzo 1069* (Arch. Stor. Lomb., *anno XXXI, 1904 vol. I, p. 285).*

[1] *Per* mos. [2] *Per* mansum. [3] *Manca* poteret a parte *o altre parole di simile significato.* [4] *La parola era forse preceduta, nell'orig.* da aut pro. [5] *Manca forse la parola* relinqueret o faceret. [6] qat *nell' interlinea.* [7] *Così nell'orig. per* a decimationibus. [8] *Il passo è evidentemente guasto.* [9] *Nell'orig.* hac *con sopra un segno d'abbreviazione.*

444. « *Loagrati* » *8 gennaio 1106.*

[ST.] A. ab inc. MCVI, VIII die m. genuarii, ind. XIIII. Vobis Vualberto de Vellado f. q. Vualberto, ego Idus f. q. Ribaldi et Viviana iugalis f. q. Adalardi, qui profexi summus lege vivere Long., ipso namque iugale et mundoaldo meo mihi consenciente, promittimus atque spondimus ut a modo numquam tempore non abeamus licenciam augere nec causare adversum te tuisque eredibus aut contra illum cui vos dederitis de ius ille quod nobis videtur pertinere in Bubiani et in Vanani. Quod si augere aut causare presumserimus, tunc componere promittimus sstis. rebus in duplum. Quidem accepimus a te Walberto launahild crosnam unam. Actum in Loagrati. S. m. Ido, Vivana iugales. S. m. Olricus Toscani et Bolgari et Ado et Gaspari [1] tt. [ST.] Ugo not. sacri pal.

Originale.

[1] Lettura incerta.

445. *Bizozzero, gennaio 1120.*

[ST.] A. ab inc. MCXX, m. ianuarii, ind. XIII. Placuit atque convenit inter Olricum f. qd. Ugonis de l. Arciago nec non inter Opizonem, Vuidonem atque Rihardum germanis ff. qd. Petri qui dicuntur de Cusi de l. Besozano, ut debet dare ipse Olricus, sicut a presenti dedit, ipsis fratribus ad abendum et tenendum seu censum reddendum libellario nomine usque ad annos viginti et novem et deinde innantea usque in perpetuum, idest de sedimine cum area sua petia una infra villa de l. Besozano, ad locum ubi dic. a Casa de li Cusi, versus sera, sicut